



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 52. Querelæ contra Papam propter quædam beneficia ab eo collata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

que potius lenitate vincere, quam justæ indignationis obtentum eidem præbere fatagerent. Verum hoc monitum erat ferme supervacaneum, quippe culpa jam erat commissa, & hi Oratores ad extrema adigebantur, nam jamjam Ferrerius admodum commotus Tridento excefferat Venetiis Pibracum invisurus: nil ergo reliquum erat, nisi quod differrent Principum correctionem, circa quam aliqua decreta edere antea decreverant: hac autem super re die decima sexta Octobris summum Pontificem certiore reddebant.

§. LII.

Querælae contra Papam propter quædam beneficia ab eo collata.

Præsides eadem hac occasione usi summo Pontifici pariter exponebant, quod contra ipsum Tridenti murmur fuisset

tum, quam reformationis verba studiose fuerunt suscitatae. ac prior illa scandalosa sua oratione totum Concilium offendit, omnesque ferme Patres, imo ipsos etiam Gallos ad justam indignationem concitavit. Attamen Continuator, eique similes quam maxime in id incumbunt, ut tumultuum, & offensionum, quas alii inique concitant, causas in summos Pontifices, ejusque Ministros, & alterius Nationis Ecclesiasticos rejiciant.

fuisset excitatum, cum eidem quidam Sæcul. XVI.
 obloquerentur, perinde acsi quædam A.C. 1563.
 beneficia conferendo Synodi decreta
 violasset: porro percipiamus totius hu-
 jus rei seriem. Ad Lotharingii Cardi-
 nalis preces in quodam Patrum Sena-
 tu expositas Alphonsus Rossetus antea
 Comachi Antistes promotus erat ad
 Ecclesiam Ferrariensem, ita tamen, ut
 exceptis mille scutis reliqui omnes pro-
 ventus, necnon omnium beneficiorum
 a Ferrariensi Episcopatu dependentium
 collationes reservarentur Aloysio Cardi-
 nali Estensi, qui tunc ejus administra-
 tione se abdicabat: ipsi vero vigesi-
 mum quintum ætatis annum tunc at-
 tingenti tradita fuerat eodem die Eccle-
 sia Ausciensis, cujus administrationi re-
 nuntiaverat Hyppolitus Cardinalis Fer-
 rariensis, Aloysii Patruus eodem plane
 jure sibi retento, quod in Ferrariensi
 ipse Nepos retinuerat, paulo post au-
 tem idem Hyppolitus ab Ausciensi
 Ecclesia ad Narbonensem Archiepisco-
 patum transferat: porro hujus juvenis
 electio unacum tam propudiosa benefi-
 ciorum negotiatione eo magis Synodi
 Patres offendebat, quo certius pravam
 ejusmodi exemplum, quod ipsemet Pa-
 pa Canonum Protector, ac Defensor
 præbuisse accusabatur, ferme omnem
 fructum hucusque collectum irritum
red-

Sæcul. XVI. reddere, ac decretis impostero fan-
 A C 1563. ciendis obicem ponere possent: eapro-
 pter hac de re Legati cum debita re-
 verentia quidem querebantur, tanto ta-
 men rationum pondere, ut Pontifex fa-
 cile agnoscere possent, quod hac actione
 sua Synodo injuriam intulerit.

§. LIII.

*Responsum Pontificis ad hasce Le-
gatorum querelas.*

Nihilominus Pontifex rem a se ge-
 stam, quantum poterat, purgare
 haud prætermittebat, hæc respondens:
 „Estensis Cardinalis ætate spectata jam
 „idoneus habetur ad regendam Eccle-
 „siam, cujusmodi est Ferrariensis, duos
 „ante annos ab ipso possessa, adeoque
 „in hac parte opus illi non fuit nova
 „legis relaxatione: quod autem spectat
 „ad fructuum retentionem, dum Eccle-
 „siam renuntiabat, nondum super eo
 „Decretum ullum in Synodo fuit edi-
 „tum: insuper retulit Cardinalis Lotha-
 „ringius, id ab ea liberum nostræ
 „prudentiæ remissum iri: neque etiam
 „ulla Cardinali Ferrariensi nova legis
 „relaxatio fuit concessa: solum enim ille
 „Aufensem Ecclesiam in Narbonen-
 „sem commutarat, hoc insuper obstri-
 „ctus vinculo, ut hanc, aut alteram Lug-
 „dunensem relinqueret intra tempus
 „con-